UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

# Titi Livi Ab urbe condita libri

Buch IIII und V

**Livius, Titus**

**Berlin, 1882**

Periochen

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-2332

Visual Library

tae, nunc privata passim subeant tecta, formaque urbis sit occupatae magis quam divisae similis.

— *veteres*] die in der Königszeit angelegten (s. 1, 38, 6. 56, 2), im Gegensatze zu den später von den Censoren gebauten (s. 39, 44, 5) oder deren Erweiterung durch Agrippa. — *per publicum*] sie liefen ursprünglich nur unter den Strafsen oder öffentlichen Plätzen weg. — *occupatae*] in dem Sinne, wie der Ager publicus occupiert wird; s. zu § 4; = eine Stadt, wie sie eben den Feinden entrissen und von Privatleuten nach Belieben in Besitz genommen ist; s. 6, 37, 2; Schwegler 2, 422. — *divisae*] verkürzte Vergleichung statt *forma* . . *formae occupatae*. Die italischen Städte wurden nach den Regeln der Auguraldisciplin angelegt; s. 52, 2; 1, 44, 4; Cic. de div. 1, 29; Nissen Templ. 58. 83 ff. Der für dieselben bestimmte Raum wurde also wie der des Lagers (s. 3, 5, 5) und das zu assignierende Staatsland (s. 4, 48, 2; 31, 4, 2) durch den Cardo und Decimanus und die diesen parallelen Linien (s. zu 3, 5, 5), welche zur Bestimmung der als Eigentum des Staates geltenden Strafsen (vorher *vicos* und *per publicum*) dienten, regelmäfsig eingeteilt; dies war bei dem Wiederaufbau Roms nicht beachtet worden. Zur Sache vgl. Jord.Top.1,483.523;Mms.RF.2,331.

---

# T. LIVI

## AB VRBE CONDITA LIBRI IIII PERIOCHA.

Lex de conubio patrum et plebis a tribunis contentione magna patribus repugnantibus perlata est. tribuni plebis * *. aliquot annos res populi Romani domi militiaeque per hoc genus magistratus administratae sunt. item censores tunc primum creati sunt. ager Ardeatibus populi iudicio ablatus missis in eum colonis restitutus est. cum fame populus Romanus laboraret, Sp. Maelius eques Romanus frumentum populo sua inpensa largitus est et ob id factum conciliata sibi plebe regnum adfectans a C. Servilio Ahala magistro equitum iussu Quincti Cincinnati dictatoris occisus est; L. Minucius index bove aurata donatus est. legatis Romanis a Fidenatibus occisis, quoniam ob rem publicam occubuerant, statuae in rostris positae sunt. Cossus Cornelius tribunus militum occiso Tolumnio, Veientum rege, opima spolia secunda retulit. Mam. Aemilius dictator censurae honorem, qui antea per quinquennium gerebatur, anni et sex mensium spatio finiit; ob eam rem a censoribus notatus est. Fidenae in potestatem redactae, eoque coloni missi sunt; quibus occisis Fidenates cum defecissent, ab Mam. Aemilio dictatore victi sunt et Fidenae captae. coniuratio servorum oppressa. Postumius tribunus militum propter crudelitatem ab exercitu occisus est. stipendium ex aerario tum primum militibus datum est. res praeterea gestas adversus Vulscos et Fidenates et Faliscos continet.

# T. LIVI
## AB VRBE CONDITA LIBRI V PERIOCHA.

In obsidione Veiorum hibernacula militibus facta sunt. ea res cum esset nova, indignationem tribunorum plebis movit querentium non dari plebi nec per hiemem militiae requiem. equites tum primum equis suis merere coeperunt. cum inundatio ex lacu Albano facta esset, vates, qui eam rem interpretaretur, ex hostibus captus est. Furius Camillus dictator decem annos obsessos Veios cepit, simulacrum *Iunonis* Romam transtulit, decimam praedae Delphos Apollini misit. idem tribunus militum cum Faliscos obsideret, proditos hostium filios parentibus remisit statimque deditione facta Faliscorum victoriam iustitia consecutus est. cum alter ex censoribus C. Iulius decessisset, in locum eius M. Cornelius suffectus est. nec id postea factum est, quoniam eo lustro a Gallis Roma capta est. Furius Camillus, cum ei dies a L. Apuleio tribuno plebis dicta esset, in exilium abiit. cum Galli Senones Clusium obsiderent, et legati a senatu missi ad conponendam inter eos et Clusinos pacem pugnantes contra Gallos in acie Clusinorum *stetissent*, hoc facto eorum concitati Senones urbem infesto exercitu petierunt fusisque ad Aliam Romanis cepere urbem praeter Capitolium, quo se iuventus contulerat; maiores natu cum insignibus honorum, quos quisque gesserat, in vestibulis aedium sedentes occiderunt. et cum per aversam partem Capitolii iam in summum evasissent, proditi clangore anserum M. Manlii praecipue opera deiecti sunt. coactis deinde propter famem Romanis *eo* descendere, ut mille pondo auri darent et hoc pretio finem obsidionis emerent, Furius Camillus, dictator absens creatus, inter ipsum conloquium, quo de pacis condicionibus agebatur, cum exercitu venit et Gallos post sextum mensem urbe expulit ceciditque. [dictum est ad Veios migrandum esse propter incensam et dirutam urbem, quod consilium Camillo auctore discussum est. movit populum vocis quoque omen ex centurione auditae, qui, cum in forum venisset, manipularibus suis dixerat: ‘sta, miles; hic optime manebimus’. aedes Iovi Capitolino facta est, quod ante urbem captam vox audita erat adventare Gallos.]

### Abweichungen vom Text der Jahnschen Ausgabe (Lipsiae MDCCCLIII).

15. *stetissent*] eingefügt nach jüngeren Hdschr.; Thouret vermutet *viderentur* nach Oros. 2, 19. — 25—30 *dictum* . . *Gallos* unecht nach Wfl.